



**Tabvlae Navfragii, Sev Echo Concionvm Aliqvot, Qvae  
Blattarvm Inclementiam euasêre, de Festis ac Dominicis**

Tertia Navfragii Tabvla: Sev Echo Concionvm Aliqvot, Qvae Blattarvm  
inclementiam euasere, de Festis

**Bosquier, Philippe**

**Coloniae, 1615**

In festo SS. Cosmæ & Damiani.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56152](#)

peregrinatus ad Indos, memoriam de Bartholomaei prædicatione virētem adhuc reperit, & Matthæi Euangeliū ab eodem Apostolo illuc dictum, secum Alexandriam detulit. Euseb. i. his.  
& Hieron. script. Eccles. in Pantano.

IN FESTO SS. COSMÆ ET D<sup>MI</sup>  
miani, Auenis, in Templo superiori  
1614. hora 7. antemeridiana, Me-  
dicis eius vrbis Bosk hierum  
poscentibus.

Thema: *Breves dies hominis sunt: numerus mensium eius apud te est. Constitutis terminos eius qui prateriri non poterunt. Job 14.*

**Q**uoniam hodiè (Auditores &c.) celebramus diem festum duorum Sanctorum fratrum eorumque Geminorum; natione Arabum, nolam̄ Arabicæ rapacitatis spirantium, sed maxime liberalium in pauperes; origine, Aegeorum, seu ex Aegea ciuitate; matre Theodata natione conditione, Medicorum; Religione Christianorum; Fine Martyrum Christi, & quidem multitudines martyrum: (Nam cum primū agniti sum Christiani sub Diocletiano & Maximiano Imperiis & Lysia Præside,

\* i. Vincti, equiteo suspensi, & torti, quod iul nollent Diis sacrificare, sed illæsis \*

\* 2. In mare proiecti, nec meriti tamen, Angelo scilicet vincula rumpente, & ad littus exponente.

\* 3. In rogum missi sequenti die, nec combusti, ac ne capillis quidem laesis, laesis interim à flamma, combustis, & necatis impijs.

Quinimò ipsi sibi visi in paradiſo amēnissimo ambulare.

Omnibus tūm contingentibus ferè, ut quoniam tribus adolescentibus in fornace Babylonis.

\* 4. In crucem acti & lapidati, sed lapidibus in lapidatores iplos retortis, & ipsos vulnerantibus. Surius.

\* 5. Sagittis petiti à quatuor ordinibus militū, exhaustæ que militum pharetræ, in oculis cæterorum trium fratum suorum è carcere eductorum & ad crucis Cosmæ & Damiani stare iussorum, ad terrorem.

Sagittæ interim in sagittarios ipsos retortæ, ipsos nihil laserunt.

\* 6. Obtruncati tandem.

Deus bone! Quot in una morte mortes ac martyria!

Quoniam ergò (inquam) SS. Medicorum istorum causa conuenimus; non video quid tractem nunc opportuniūs, quam de Medicina ipsa, eiusq; utilitate, præfertim cum & Medici huius loci, præter morem ac conueticinem, hodie concionem haberi optarint, meque unum poposcerint?

Fa iam verò hoc eò libentiu, quo ego misericordia & quasi morborum asylum, medicinæ humanæ, & Medicis sum obligator.

Memini enim iam circiter quaterdecies minus passum me venæ sectionem; bis pleurit & alijs morbis sœpè laborasse; semel graui latore vulnere prostratum lecto decubuisse; viceribus aliquoties deformatum fuisse; ope autem partis Medicorum partim Dei ac Diuorum auxiliatus esse, vereorque vehementer, ut deinceps magis magis eorum arte egeam, vergente scilicet iam senectutem (qua ipsa per se morbus est, & aram suum) ætate.

Gratitudinis ergo de Medicina laude nuncquam: item, ut quod glorioseiora, plausibilia, & virtuosa de Medicorum professione dixero, tanto me mitius diligentiusque habeant, quoties mihi in manus eorum deinceps incidere contigerit, vel Natura fatiscente, vel Iustitia Dei peccata mea vicissente.

Nec tamen tantum plausibilia dicam, adulans alteris vitæ meæ Seruatoribus, sed etiam vobis ipsisque utilia, etsi quedam fortassis paulisperiora aut acerbiora (qualia terè solent esse Medicorum saluberrima pharmaca) hæc fini, ut quod corpus hoc meum aliquoties sanauerunt, Orco eripuerunt, animæ vicissim à me suæ recipiant sanitatem & salutem,

Hostimentum, tantum pro tanto.

Proderit quoque vobis Auditoribus tractatus iste, vel quod deinceps inde intelligetis, uti curare possitis valetudinem vestram diligentius, evitatis causis morborum, qui Medicos faciunt necessarios; vel quod non evitatis illis, saltem deinceps defensatis Medicos, & Medicinam omnem contem-

decies  
pleurit  
ui latoc  
lceribus  
m part  
ixilioe  
s magis  
et ian  
ara ma  
nunca  
, & v.  
tancò  
es mihi  
rit, ye  
meav.  
n, quin  
ed sicut  
lis possi  
elleMe  
i, ut ap  
Orco  
ipronaz  
radatu  
i curare  
euitati  
ps des  
ontem  
flor

mere, (si qui ita soletis) sed ad eorum opem praesidiumque recurratis.

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.

Dicendum      { 1. An Medicos esse sit utile, ac necessarium;  
ergo hodie    {      um;  
                  { 2. Quae sint partes perfecti ac boni Medicis;  
                  {      mihi;  
                  { 3. Sanctos Cosmam & Damianum optimè functos isto munere. AVE.

I.

An Medicos esse, sit utile & necessarium.

Grauis olim, & nunc quoque quæstio; An Medicis sint hominibus utiles, ac necessarij.

Opinio hic      { 1. Negantium, & explodentium omnino;  
triplex;        { 2. Affirmantium, sed nimis efferentium;  
                  { 3. Admittentium, & admirantium quantum satius.

\* 1. Negantium, &c. Henricus Cornelius Agripa in quodam libello aduersus omnes propè scientias, c. 83. tit. de Medicina operatrice, totus est in sugillatione & explosione Medicorum.

(Notate autem, Auditores, cum hic de Medicis, aut Medicina loquor, intelligere me de tribus Medicinæ partibus æquè loqui, id est, ea quæ Vi-  
ctu, & (ut vulgo vocant) regimine; altera, quæ Medicamentis; & illa quoque, quæ manu medetur, quam ultimam χαραγμὴν Græci appellant,  
vt secundam φαρμακευτικὴν, primam vero διατῆ-  
τικὴν; omnes uno velut fasciculo complectendo.)

Sapientissimi etiām quique olim in hac  
Cato censor sapientissimus iuxta ac seuen  
mus, reprobauit, vrbeque, & ex tota Italia expul  
Bonum (inquit) illorum literas adspicere, non  
discere.

Hilarion Eremita sanctissimus, cùm ad eu  
miraculis clarum mulier quædām cæca adduc  
esset & oblata à fratribus, eiique diceret, omnem  
substantiam in Medicos expendisse, respondit  
quæ in Medicos perdidisti, dedisses pauperibus, cura  
te verus Medicus Iesus. D. Hieronym. in vita Hi  
larionis.

Si quid Fabulis Poctarum creditur, penè inde  
videas Deos nolle Medicos ullos esse. Nam fe  
runt Aesculapium Cæsarem Apollinis medicinæ  
Inuentoris filium, à Ioue fulminatum, indignare  
Hippolytum, quem equi discerpserant, ab eo me  
dicinæ viribus vitæ restitutum.

Quin & ab eo tempore interdicta fertur (inquit  
Isidorus) medendi cura, & ars simul cum auctore de  
fecit, latuitq; per annos penè quingentos, usque ad tem  
pus Artaxerxis Regis Persarum. Tunc eam reuocavit  
ad lucem Hippocrates. Isid.li.4. Etym. cap.3.

Roma sexcentos totos annos sine Medicis fu  
tit, vt̄s, vice omnis Medicinæ oleribus, actū quo  
que sanior fuit, quam admissis postea Medicis.

Plinius se animaduertisse scribit, Medicinæ sci  
entiam primū tempore Pompeij Magni ad Ro  
manos peruenisse, cum sc. eius libertus Pompeius  
Leneus exemplaria Mithridatis Regis, de vi her  
bariū, quæ in præda erant, in sermonem Latinū  
eiusdem Patroni suo iusso, transtulisset.

Babylonij, Aegyptij, & Lusitani Medicos quoque omnes respuebant.

Babylonij languentes in forum & plateas effreabant, ut qui simili morbo tētati effugissent, aut alium effugisse nōssent, cūm ad eos vitendos, legē itā volente, venirent, consulerent, ac suaderent, remedijs illis ipsis vti, quæ cæteris profuissent. *Herodot.lib.1. & Strabolib.16 Geor.*

Strabo lib.3. Geogr. cūm Lusitanorum meminit; *Bastetani, inquit agrotos, vetusto ritu Aegyptiorū, in plateis deponunt, vt qui eo morbi genere tentati sūt, commone facere eos valeant.*

Ratio ali-     { 1. Seruitute nimia;  
qua esse     { 2. Periculis indē maximis;  
possit, par- { 3. Prædestinatione Dei;  
tim à        { 4. Facilitate duplii aliter curandi cor-  
                poris.

\* 1. Seruitute nimia ægrorum, & nimio imperio Medicorum.

Medici enim non modò lucubrare vetant, visitata & optata prohibent, & amara & odiosa præcipiunt; sed in aerem quoque ipsum, in sedem ac domicilium, cibum, potum, motum, situm, aut quietem nostram imperium exercent.

Vetant habitare in locis, quæ stagnorum, palustrium q; locorū halitu & vaporibus infecta sint, vel à cauerna aut cloaca quapiā grauē & pernicio- sam auram expirante, qualis est Auernus lacus Cāpaniæ, graui suo odore aues superuolantes enecās, aut Camarina palus Siciliæ, cuius aquæ fetore suo pestem generabant; aut ille in Hirpinis Amsancti ad Mephitis ædem locus, quem Plinio teste, qui intrauere, moriuntur.

In patriam, & ad patrium aerem relegant  
grosuos, ex orbe ultimo,

Locis editioribus iubent dormire.

Panem arctum, vinum & aquam breuem deci-  
nunt.

Exerceri nunc iubent, nunc sedere: nunc du-  
mire, nunc vigilare importunissime sanctissimi  
que imperant.

Prou. *Qui medicè viuit, miserè viuit.*

Non tam arcte Ioannes in vinculis Herodianis  
tenebatur, quam plerumque æger vinculis Hippo-  
ocraticis, aut compedibus Galenianis.

D. Ambros. in psal. 130. *Quis se Medicū dederit,*  
*seipsum sibi abnegat;* addo, accipit, & baiulat libi  
crucem nodosissimam & grauissimam.

Non ferè magis se sibi abdicant Monachi, imò  
Remiges quicunque & mancipia miterrima, aut  
voluntatem voluntati alterius subiugant, quam  
gri suam, cum Medico se credunt.

Et (quod mirum ac lepidulum est) vulgo ipsi  
iactant: *Secum vino uti licere ægris quanto volunt,*  
*nullo omnino ipfis non compotoribus.*

Medicina sola artium Imperatoribus quoq; impe-  
rat.

\* 2. *Periculis* inde maximis. Ex sanis enim no-  
rarò ægros (ferè dixi insanos) faciunt; ex ægris  
mortuos: aut lentius morituros ad mortem pre-  
cipitant.

Naturâ enim morbum immittente Festo om-  
niū Sanctorum, Medici ad crastinum & festum  
Animarum relegant.

Et quidem nullo pœnæ metu hæc peccant.

Ind

Indò verò & post cædem, pecuniam & mercedem audacter petunt, quasi rebus benè gestis accipiunt. Dat Galenus opes, sc.

Expediret fortassis Medicos pretia pharmacorum, & omnem sumptum refundere, quorum ægri moriuntur, quod alicubi fieri quidam scribūt.

Vel Aegyptiorum ritu, primo triduo ægrum suo ipsius periculo excipi curādum, reliquo tempore periculo ipsorum Medicorum.

Cùm Legibus Hannoniæ Casus nullus omnino locum aut excusationem habeat, sitque illic Homicida à casu æquè obnoxius poenæ, ac spontaneus; Medicus solus tam ibi quam alibi, cùm Homicida est ægri sui, seu ab Ignorantia, seu ab Incuria, &c. priuilegiarius est, & omnis poenæ ac mulctæ securus.

Vnum Petrum Leriuum Spoletanum lego apud Iouium, in puteum iniectum, quod Laurentium Medicæum malè curasset.

Lepidè Nicocles quum Medicos felices dicebat, quoniā successus ipsorum (id est, ægros quibus fœliciter valetudinem reddidissent) Sol intueretur; Errores autem (id est, ægros ab ipsis occisos) tellus operiret, ac sic obliuioni traderet sempiternæ.

Latronibus certè multò beatiores. Illis enim quemcumque occidisse, chordam & laqueum cōciliat; à Medicis verò dumtaxat corda voluntates, que superstitem, tantillo & tantisper diuertit.

Nicocles itaque rectè, qui Medico cuidam malo, magnam se potestatem habere iactanti, respōdit: *Quidni ista dicere liceat, qui tam multis impunè sustulerū? Max. ser. 50.*

Hinc

Hinc prou. Magis Medici manus, quam vni  
metuenda.

Senec. in ep. Medicorum consilia deuita, qui  
docti, & satis seduli, offici offissimè multos occidunt.

Sicyonij idcirco nunquam Medicos in Re  
suam admirerunt, ne sani interficerentur.

Et certè tæpè videoas, nullos minus sanos,  
nullos citius leuioreque causa ægrire, aut ab æ  
tudine tardius conualescere, quam qui assiduus  
in medicinis, & toti sunt Medicorum.

Nulos contrà vegetiores, aut firmioris valetu  
dinis, quam rusticos totius medicinæ negligentes,  
ignarosq; quid nominis, aut quid monstrat me  
dicina.

Quin etiàm cùm aliquis ægrorum Medicis pe  
rijt, mòx excusatio in peccatis paratissima, sed fe  
rè cum peccato nouo. Aeger enim sepè vel inobe  
dientiæ vel negligentiæ sui, ab illis accusatur. M  
o seruatur inuitus.

Ipse enim se interimit, qui præcepta Medicis fer  
re non vult. D. Augustin.

Ac sic tæpè amittit æger vitam, & vñà famam.

Discunt periculis nostris, & per experimenta mor  
tes agunt, Medicoq; tantum hominem occidere suum  
impunitas est. Quinimò transit in con uitium & intr  
perantiam. Vt troq; qui periere arguuntur, ait ille,

\* 3. Prædestinatione Dei ineuitabili.

Constituisti terminos eius, qui præteriri non pote  
runt, vt Iob in themate nostro dixit.

Quis potest adiçere ad staturam suam cubitū vñ!  
Dei prouidentia falli non potest.

Hinc Parcas illas tres forores lanificas, quæ di  
cunt

cuntur metiri vitam hominis fusis & staminibus,  
qua ex sua colo nent & deducunt, Poetæ finixerūt  
inexorabiles esse, nec precibus ullis moueri, ut,  
quam imposuerunt rebus, sortem commutent,  
aut vitam protogent vltra, quam nascentibus ho-  
mīnibus constituerunt.

*Nulli iusso cessare licet, nulli scriptum preferre di-*  
*em.* Senec.

Parcarum autem harum officia Poetæ ita di-  
stinguunt, ut velint unam esse, quæ vitam homi-  
nis ordiatur; aliam, quæ contexat; tertiam, quæ fi-  
lum rumpat ac finiat.

*Quod adluisse videtur Ezechias, dicens: Præcisæ*  
*est velut à texente vita mea, dum adhuc ordirer succi-*  
*dū me.*

Anticipari ergò dies mortis diuinitus cuique de-  
cretus non potest, non præteriri, aut superari.

Moricndum, *Quando dies aduenit, quam prefa-*  
*ta Morta est.* Gell. 1.3. ex Liuio Poeta antiquissim.

Longius ire fata obstant. Dictum f. Etum.

Itaque nihil opus neque Medicis, neque Me-  
dicinis, quorundam senso.

*Heu! nihil inuitis quenquam fidere Diuis.* Virg.  
2. Aeneid.

Vt relatu etiā Medici cuiusdam, à paucis re-  
trō diebus, didici, popellus agrestis his in vicinia  
leccis quod in Concione, ex quodam Conciona-  
tore vitae paulò sanctioris audierint, neminem  
adijcere decreto vitae suæ termino, non unum di-  
em, non horulam, posse; ita arguit, & concludit:  
Ergò deinceps non adibimus Medicos; non vri-  
gas ad eos spectandas deferemus, &c.

Nam,

Nam, quæ demum stultitia (inquiunt) ad sus Dei voluntatem militare?

Hoc sit ad columnam marmoream caput lidere, capitis periculo, nullo columnæ immomento.

Ergo inutiles Medici, & non necessarij, inquit illi.

\* 4. Facilitate duplici aliter curandi corporis  
Etsi (inquiunt) possent termini viræ cuius præteriri, nil tamen Medicis opus, cum liceat cilius compendiosiusque aut Valetudinem firmaturi, aut infirmam instaurare.

Valere recte      { 1. Temperantia.  
Jicer                { 2. Pœnitudine.

\* 1. Temperantia cibi, potusque.

Summa Medicina Abstinentia, vel Parsimonia dixi aliquando, breuiter scilicet complexus Aphorismum Principis medicorum.

Simplex ex simplici causa valetudo. Multos vides multa fercula fecerunt. Senec. ep. I. lib. 15.

In multis escis non deerit infirmitas.

Vbi vber, ibi tuber,

Morborum materiam luxu aggeramus.

Quid morbi plerorumque multorum, nisi suæ supplicia iustissima luxuria?

Plutarchi senso, longum cultori suo prorogatum Parcus vietus, Labor moderatus, Humor genitalis conseruatus.

Vt Venus eneruat vires, sic copia Bacchi

Debilitat gressus, debilitatq; pedes.

Naturalis est morborum obex, eiusmodi in temperiebus abstinere.

Mor-

Moralis quoque. Nàm nullis peccatis irritatus  
Deus, nulos fore morbos, quasi culpæ exactores,  
immittit.

Non fuisset Adæ peccatum; & nescio quid potius, quàm pomum illud vetitum cupes illa muliercula Eva momordisset; nulli omnino morbi nos inuasissent, nullaque morte intermediâ, cùm libuisset, cœlum ascendissemus calceati (ut dicitur) & vestiti, Christi instar, post Resurrectionem suam.

Peccatum maiorum illorum nostrorum, morbos mortemque in orbem inuexit.

*Patres nostri comedenter vnam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt.*

*Quid quid delirant Reges, plectuntur Achini. Horum personalia autem nostra cuiusque peccata, pro suo cuique modo, morbos magis minusque conciliant.*

*Sua fortuna quisque est faber.*

*Suo sibi inuento malum.*

*Nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas.*

*Eccl. 38 Qui delinquit in conspectu eius qui fecit eum; incidet in manus Medici.*

Ecclesia ita asse insinuat, quæ antè peccata confessi etiæ grossi iubet, quàm Medicis utri.

Christus ipse quoque, qui etiæ grossi se iam confirmatos ita ferè admonebat: *Ecce sanus factus es, iam noli amplius peccare*, q. d. per peccata in eos morbos incidisse, in eosq; rursus relapsuros illos, si in priora, aut alia peccata ipsi relaberentur.

*Quid facilius est dicere, dimittuntur tibi peccata*

V tua,

tua, an surge, & ambula? aiebat quoque in partici curatione.

Pœna morborum, est reordinatua culparum  
(vt schola loquitur.)

Tolle culpam, tollies & pœnam, vel antetendo, vel abigendo.

Sublata causa, tollitur effectus.

Medicorum ordini ac professioni, ortum  
cata dederunt, vt alijs plerisque multis, vt su  
bus, textoribus, & toti rei vestiaria.

Ergò (inquit aliquis medicorum rigidus  
plosor) tantum coner benè viuere, viuam ex pra  
scripto Dei, viuam & beatè, securus morborum,  
ac proindè medicorum. Quorsum pluribus  
agere, quod agi possit paucioribus?

\* 2. Pœnitudine. Ut sine omni peccato hanc vi  
agere non possum (Non est enim homo qui non pe  
cet) est tamen locus pœnitidini, quā cum Deo  
gratiam redire mōx possim, ac sic morbos vici  
teuertere, vel ejcere iam ingressos.

Malè affecti sumus à peccatis? sanitatem recip  
imus beneficio pœnitentia, ait rectè quidam.

Nouit Deus mutare sententiam, si tu noueris in  
tare delictum. D. Ambros.

Ezechiae Regi ad mortem damnato, post  
pœnitenti & oranti, 15. anni vitæ adiecti sunt, mul  
ta ope medicorum. Isai. 38.

Ergò (inquis) in peccatis constitutus, ad lachry  
mas, non ad medicos recurram.

Quin & Afa rex Iuda à propheta Domini co  
reptus est, quod in infirmitate positus non que  
set Dominum, sed in medicorū arte acquieuisse

Hæc & similia his, qui Medicos, totamque ex-  
plodunt medicinam. Et sunt profecto hæc talia,  
vt si his ita dictis nunc è suggestu abirem, (scio)  
nullus Medicorum esset hodiè me ad prandium  
inuitatus, neque (quod aiunt) euangelia datu-  
rus, (etsi certè prandium non ambio, neq;; vt am-  
birem, adire possum,) omnes enim laudari adfe-  
ctamus nos nostraque.

Sed bono animo Medicos esse iubeo. Non e-  
nim hinc sic crudè abeo. Mox enim dicam & plau-  
sibilia, & veriora

Hoc enim est parùm dignè sentire de medici-  
na, magno Dei inuento ac beneficio, ita sentire, vt  
primi isti sentiunt.

\* 2. *Adfirmantium*, sed nimis efferentium; cuiu-  
smodi illi sunt, qui medicos putant Sole ipso ma-  
gis necessarios, & cuiusvis ordinis hominibus dig-  
niores, imò Dijs æquant.

Romani in hac stultitia, qui Aesculapio cui-  
dam, cùm accersitus Romam, eam graui pestilen-  
tia liberasset, gratitudinis & honoris ergò, tem-  
plum insigne in Insula Tiberis construxerunt.

Medici quoque quidam arrogantiores.

Menecrates medicus Syracusanus huc super-  
biæ euasit, vt se Philippo Macedonum Regi equi-  
pararet, diceretq; Regem dumtaxat eis praesidio esse,  
quos iure posset interficere; se vero sanorum valetudi-  
nem tueri, ne agrirarent; agris conferre valetudinem, &  
contra vim Mortis tueri.

Item aiebat, Philippum Regem esse Macedonie, se  
verò Medicina.

Item; à liberatis morbo, hanc solam mercedem

**exigebat, ut se ipsius seruos esse faterentur.**

**Quid? etiam Iouem se nominabat, atq; inscribi-**

**Ad Agesilaum Regem ita fertur aliquantum  
scripsisse: Menecrates Iupiter Agesilao Regi salutem.  
Quem fastum minimè ferens Rex, ita subridens  
respondit; Agesilaus Menecrati sanitatem, id est,  
Etiam mentem, & modestiū sapere.**

**O caput elleborō dignum! & egregiē iustum  
so Melbodiensium telo, vel ipsius Cousauicij  
ac manu( ut est in nostrate proverbio.)**

**Illi quoque Medicos pluris quam par sit, &  
mant, qui Dei potentiae eorum artem praferunt  
anteq; ad eos recurrunt, quām ad Deum, per pre-  
ces ac pœnitudinem.**

**Afa Rex Iuda , de quo iam supra dixi, in hā  
classe.**

\* 3. *Admittentium, & admirantium quantum fa-  
tis, in quo ego numero.*

**Senatus quoque populusque Atheniensis  
Hippocrati multos honores olim decreuerē.**

\* 4. *Mysteriorum enim Cereris participem feci-  
vti Herculem. Plin lib. 7. cap. 37.*

\* 5. *Corona aurea coronarunt, pondo millesimū  
reorum (quod etiam Thessalo ipsius filio pos-  
factum est.)*

\* 6. *Ciuitate donarunt, quem honorem ali-  
quando ambiens ipse Alexander Magnus, agri-  
fallor) obtinuit.*

\* 7. *Publicè in Curiā aluerunt.*

\* 8. *Statuam ei posuerunt.*

\* 9. *Coorum pueris omnibus, Athenis insitum  
permiserunt, quod is locus tantum virum produ-  
xisset.*

Artaxerxes ipse quoque Rex Persarum. Sic enim ille ad Hystanem Helleponiti Praefectum, de Hippocrate scripsit: *Rex Regum magnus Artaxerxes Hystanti Helleponiti Praefecto salutem.*

Hippocratis Medici Aesculapio prognati ad me artis fama peruenit. Da igitur operam, ut aurum illi tribuas, quantum cupid, aliaq<sup>z</sup> item, quorum indiget, & eum ad me mitte. Erit enim par honore summis in Persie viris, &c. Vale.

D. Basilius laudat magno temperamento: *Neque prorsus fugienda est ars medica, nec omnem in ea spem collocare decet. Verum, ut Agriculturam exerceamus quidem, petimus autem fructus à Deo: & Gubernatori quidem committimus temonem; Deum autē obsecramus, ut ē pelago seruemur: sic etiam introducentes Medicum in Deum sperare ne desinamus.*

Sic laudanda vtendaquē est medicina, ut ne interim Diuorum quoque opem implorare pigeat.

Neq; Medico spiritali corporalē præferamus.

*Quanto præstantior est anima, quam corpus, tanto maioris pretij est, qui medetur animis, quam qui corpora curat. Grcg. Nyssenus.*

Sic media incedens via, & inter vtrumque voluntans, medio tutissimus ibo, neque minoris faciens Medicos, neque pluris quam oporteat, sed quanti decet, ut ne quid nimis.

*Illud quod medium est, atque inter vtrumq; probamus. Martialis lib. 1. Epigr.*

Rationes aut estimā- dæ medici-	<div style="display: flex; justify-content: space-between;"> <div style="flex: 1;">           1. Præceptum Dei;              2. Exemplum         </div> <div style="flex: 1;">           1. Regum;              2. Dei ipsius;              3. Christi &amp; Apostolorū.         </div> </div>
---------------------------------------	--

V 3      3. In-

ne, sunt iste: | 3. Inuenitum Dei;  
4. Bona inde summa.

\* i. Preceptum Dei.

Eccl.38. Honora Medicum propter necessitatem  
Ibid. Da locum Medico, etenim illum Dominus  
auit: & non discedat a te, quia opera eius sunt ne-  
ria. Est enim tempus, quando in manus illorum in-  
tas.

Ibid. Vir prudens non abhorrebit medicamenta

\* ij. Exemplum Regum. Mithridates rex Por-  
Medicus sanè magnus, ut ex ijs patet, quæ mox a  
Pompeio aiebam.

Item; quod corpus suum multis antidotis sic  
aduersus venena firmasset, ut cum obfessus a Phar-  
nace filio in Regia sua, veneno vellet vitam abru-  
pere non posset, unde est illud:

*Effecit poto Mithridates sapè veneno,*

*Toxicane possent sœua nocere sibi.* Martini  
libr.4.

Mithridaticum quoque celeberrimum illuc  
pharmacum, reor ab eo nomen accepisse, forte ei  
am & Venetum illud, et si sensim penè tam multo  
auctum, quam Catholicon & Calepinus, in re literaria.  
Mithridates enim suum, simplicibus du-  
xit quatuor constare voluerat.

Sed & Salomon ipse multa de re herbaria de-  
sputauit, a Cedro Libani sc. ad hyssopum v. q. que  
è pariete egreditur.

Raphael quoq; Archangelus Tobiam iunior  
docuit, quæ in pisce inuento medicamentis ap-  
pellent, & Tobiæ seniori visum restituit, unde & e-  
ius nomen idem sonat quod *Medicina Dei.*

\* iiiij. Exemplum Dei. \* I. Nàm in paràdiso terrestritiueri valetudinem nostram voluit, morbos ac mortem anteuertere, cùm a pomo abstinere iussit, eiusque esum letiferum pronuntiauit, dicens: *In quacunque enim hora comederis ex eo, morte morieris.* Genes.

Si quis enim dixerit, letiferam vim, & quidem ad prætentissimam mortem, illi pomo infuisse, non admodùm infitier; quandoquidem certum est, etiàm tûm venenosas omnes plantas & circutas; item animalia letifera, vt Dracones, & Basiliscos, extitisse, sed vim nocendi, usque ad hominis peccatum, suspensam fuisse.

At non mòx ab esu, mortui conciderunt pomi illius Comeltores, (inquis.) Rep. & hoc misericordia singularis esse potuisse, vim letiferam ita temperantis, sicq; eos ad pœnitudinem expectantis.

\* 2. Lege Mosaica quoq; multa prohibuit Deus aut iussit, non solùm Religionis & Obedientiæ, sed etià recte valetudinis suorum studio, metuq; Infirmitatum.

Vt porcina abstinere, &c.

Vt leprosos seorsum ab alijs viuere, &c.

\* iiiij. Exemplum Christi. Nàm vestram fidem! quid Christus in omni vita aliud, quam summus & omnibus paratissimus Medicus fuit, non modò animorum, sed & corporum?

Matth. 9 Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus, de se dixit.

Origenes homil. 8. in Leuiticum: Medicum dici in scripturis diuinis Dominum nostrum Iesum Christum, etiàm ipsius Domini sententia per docemur.

*Pertransibat sanando omnes, vt sol totum  
illustrans, & quasi Medicus quidam charitas  
circumforaneus.*

*Luc. 10. Samaritanus ille, qui spoliatus à lan-  
bus & sic vulnerati viatoris, vt semiuiuus  
queretur, vulnera vino lauit, oleo vnxit, & ad-  
uit, equo reuexit in hospitium, hospitæ com-  
dauit, præsentis operæ pretium, & arram su-  
dedit, rependum sumtuum cæterorum in re-  
promisit, &c. quid, nisi Christum Medicum  
mai?*

*Vide Magistrum sent. lib. 4. dist. 1.*

*Bone Deus! Quot Paralyticis Medicus ille vi-  
res instaurauit!*

*Quot claudis, surdis, mutis protulit! (miror  
nullo lusco sanato quidquam legi. An forte quæ  
Dei perfecta sunt opera?)*

*Quot mortuis vitam reddidit!*

*Lazarum etiām quatriduanū excitauit. Iacob.  
Apostolos quoque suos Medicos effecit, doc-  
uitque gratiā curationum, etiām maiorum, quam  
plus vñquam præstisset. Et maiora horum facien-  
tibus*

*Marci vlt. super agros manus imponent, & be-  
habebunt.*

*S. Lucas Euangelista Medicus Antiochensis  
D. Hieron. lib. de scriptorib. Ecclesiasticis.*

*Salutat vos Lucas medicus charissimus. Coloss.  
Et si nec ipse, nec Apostoli pharmacis vetera-  
tur, tamen Medici erant, à fine Medicinae, id est  
sanitate conferenda.*

*Magnus in mundum venit medicus, quia magna  
mundo iacebat agrotus. D. August.*

Melius dixerit ipse quām Apollo apud Ouidium lib. i. Metam.

*Inuentum medicina meum est, Opifex per Orbem  
Dicor, & herbarum subiecta potentia nobis, in quibus tota ferè medicina consummatur.*

\* v. *Inuentum Dei. Deus ipse repertor opis.*

*Eccl. 38. Honora Medicum propter necessitatem. e-  
tenim illum creauit Altissimus. At creauit & venena;  
idcircone ergo illa honoranda? Resp. Creauit illū,  
id est, docuit illum; inuentum, & donum Dei est  
Medicina. Id ita habere indicat quod subiungitur  
A Deo est enim omnis medela.*

*Inuentum Medicina meum, ait ille apud Ouid.  
lib. i. Metam.*

*Quod factum est in ipso vita erat. Ioan. i.*

*Et Domini Domini exitus mortis.*

\* v. *Bona indē S. Sanitas;*  
*summa*      *S. 2. Exitus mortis.*

\* *j. Sanitas, quā nullum penè corporis bonum  
præstantius, sine quo cætera vix profint.*

*Quid ei prosunt Diuitiae, Regna, Honores, Pa-  
latia, Vxor bona & formosa, & Liberi cui sanitas  
deest?*

*Quis non malit vel buccellam cibarij & atrī  
panis, & frigidæ cyathum, cum firma valetudine,  
quām vel Solis mensam sine sanitate?*

*Tantali instar est, qui in medijs delicijs est, quū  
sanus non est.*

*Horatius de Sapiente loquens ait: Rex denique  
Regum, Præcipue sanus, &c.*

*Hanc autem integrā tuetur Medicina; & in  
statione est, ne furtim morbi intrent: Et intus est*

in armis, & cùm fortè ingressi sunt, tota vi, &  
si furca, expellat.

Huius enim artis unus quidem est generes, sanitas, specie tamē duplex est. Medicus enim presentem in sanis corporibus sanitatem tueri, absentem verò in ægris studet reuocare.

Et Demadis senso, maior gratia medicis debetur, qui morbum ingruentem arcent, quam quod præsentē expellunt. Optabilius enim omnino pati, quam passionibus liberari. *Max ser. 50.*

\* ij. *Exitus Mortis*, & quædam (ut sic dicam) palingenesis, & renascentia, ac secunda vita, quo dono quid melius? Lytra illa seu redimia, quas ingentes captiuus quisq; libenter ut vitam seruet, promittit, & numerat, abundè testantur, quam caram vitam hanc habeamus.

Regno se facile exuerint reges captiuui, ut videntur.

Si Parentibus idcirco nihil redditur æquales, quod primi post Deum vitam liberis dederint, et si semel tantū per generationem & cù voluptate quid dignū des Medicis, qui vitā sàpientiū alicui vni, nulla sua voluptate, potius anxii sollicitudine, vigilantia, sàpè & periculo vitæ suæ.

*Publicus ille Pater seruato Rege putandus.*  
Medicus unus sàpè toti vrbi pater est, vigilans maritus.

Quid, quod corporibus quoque benè curatis, mentes facit ad vacandum diuinis, veriq; inquisitioni, liberiores, aptiores?

Nàm Philosophi senso, à bona corporis valitudine animis vires accrescunt, & firma corpora dilata-

dispositio ipsos ad optima quæque disponit.

Medicus rectè curans corpora, eos quædam est animorum, acuens illos ad quiduis penetrandum, quo quis subtiliter illabendum.

His ergò de causis medicina amplectenda, sensu meo,

\* Sed quid agimus, stantibus adhuc primæ opinionis argumentis?

\* Respondeo ergò ad primum, & secundum sic.

\* Cum Medicos commendamus, bonos intelligimus & artis peritos.

Sed boni & periti non nimiam, aut non necessariam exigent ab ægris seruitutem; aut si aliquatulam exigent; ita, rationibus & causis propositis, persuadebunt, ut ægro ad primè sit placitura, non per se, sed ratione finis.

\* Nec solent periti medici ullos ægros necare, et si omnes seruare non possint. Itaque nihil movent duo illa argumenta.

\* Deinde; si peritis Medicis nonnulli moriuntur; cogitandum eos mori, vel quia statim diuinitus vita tempora adtigerunt:

Venit summa dies, & ineluctabile fatum. Virgil.

2. Aeneid.

Vel quia morbo aliquo laborarunt, cui non dum remedium certum Natura prouiderit; (non dum enim omnium rerum scientia hominibus concessa est: & multò plures sanè morbi curarentur, si plurimorum adhuc herbarum, arborum, gemmarum, aliarumque rerum vires non ignorarent?)

Vel

Vel quia morbi nimis altas radices iam  
rant, cum Medici ipsi acciti sunt, vnde est  
Poetæ ingeniosissimi:

*Principijs obsta; serò medicina paratur,*

*Cum malaper longas inualuere moras.*

*Opprime dum noua sunt subdit i mala semina  
bi.*

*Vidi ego, quod fuerat primò sanabile vulnus,*

*Dilatum longæ damna dedisse mora. Ouid.*

*de Remed. Amor.*

\* *Adde; morbos quoque nasci quotidie novo;*  
*qualis Anglicanus ille sudor quondam fuit, qua-*  
*lis & lues illa Gallica, &c.*

*Non est in Medico semper releuet ut ager;*

*Interdum docta plus valet arte malum.*

*Tollere nodosam nescit medicina podagrā;*

*Nec formidatis auxiliatur aquis. Ouid. lib.*  
*de Ponto.*

\* *Prætereà; & in ægris, eorumque assessorib;  
imò & Visitatoribus quoq; sæpè nonnullam cu-*  
*pam esse, cur minùs curentur. Visitationes enim*  
*nonnullorum Non profunt, potius plurimum ob-*  
*solent, vt amicorum Job.*

\* *Denique; Ut Oratori satis est aptè dixisse*  
*persuadendum, et si nihil persuadeat; Imperato-*  
*aptè pugnasse, vigilasse, stationes collocaisse, &c.*  
*ter ex arte militari & Vegetij dictamine scille*  
*et si non semper vinca; Ita Medico satis est, exar-*  
*omnia fecisse, ut vt sanitatem neque omnis ægu-*  
*neque semper consequatur.*

*An enim malus Orator Cicero, quia Miloni-*  
*na sua Miloni nihil profuit?*

An Dom. Noæus, famosus ille in Gallia miles,  
cognomento Ferri-manus, aut Brachium Ferreum,  
quod in Flandria aliquandò, ad Ingulumustri arcē,  
à Marchione Roubeyo victus, captusque est?

An nos, aut socij, mali Concionatores sumus,  
quamlibet pauci vel ab hæresi, vel à prauis mori-  
bus ad meliora conuertantur? minime Gentium.

Officio fungi tenemur, & ad finem toto studio  
conari, non verò semper finem consequi.

Alioqui, nec Christus ipse Verbum & Sapien-  
tia Patris peritus fuerit Concionator, quum neq;  
Sacerdotum Principibus, neque Scribis & Phari-  
sæis quidlibet persuaserit.

Didimus perfectum medicum esse dicebat,  
non quidem qui omnino curaret, sed qui nihil e-  
orum, quæ ad utilitatem ægri & curam pertinent,  
omittit. *Max. ser. 50.*

\* Tertium verò argumentum spinosius multò  
est, & Labyrintho similius: vndè non facile, sine  
gratiæ Dei, quasi cuiusdam Ariadnes præsidio ac  
filo, sum euasurus,

Conabor tamen, gratia Dei auspice.

Responderi ergo sic possit;

\* 1. *De spiritualibus* hic agi, quorum modum cu-  
ique Deus certum decreuerit, & in mensura dede-  
rit. Nemo enim tantum adprehendit quantum  
cupit, ut se eleuet in his quæ habet, quod ex Paulo  
adparet. *Glossa Interlin. it à ferè.*

D. Gregor. lib. 12. moral, exponens illud Iob:  
Constituisti terminos eius, &c. sic ait: *Hoc, inquit,*  
*iuxta spiritum intelligi valet, quia non nunquam in vir-*  
*tutibus proficere conamur, & quædam dona percipimus*  
*à qui-*

à quibusdam verò repulsi in imis iacemus. Nemoc  
tantum virtutis adprehendat, quantum desiderat  
omnipotens Deus interiora discernet, ipsis spiritu  
profectibus modum ponit, ut ex hoc homo quod ap  
prehendere conatur, nec valet, in illis se nō eleuet, qui  
let. Vnde neq; ille egregius prædicator qui raptus  
ad tertium cælū fuerat, & paradiſi arcana penetrav  
esse post reuelationē tranquillus atq; int̄eratus vale

Si recipis, iam vtcunque euasi.

Sed aī: hunc sensum literæ huius non esse, he  
enim continuè cum præcedentibus, de vita cor  
poralis limitibus.

Alio igitur ære soluamus.

\* 2. Præteriri dictum esse, non verò anticipari,  
aut præueniri.

Præteriri non poterunt termini (inquit) quod concedo: at non posse anticipari, nego,

Psal. Viri sanguinum & dolosi non dimidiantur  
dies suos.

Antequam dies eius impletantur, peribit. Iob 15.  
Dies mei breuiabuntur.

Isaiæ 38. Ezechias nisi orasset, aut si in peccato  
perstitisset, quindecim totos annos fuerat decreta  
sibi diuinitus durationi vitæ detracturus.

Hugo Card. in illud, Adijciam 15. annos, si  
ficiat: Non ultra illos, quos in præscientia mea fave  
eram, sed istos quindecim, quibus carere perpetua  
tua merueras reddam tibi, & erit vita tua tantum quis  
ta fuerat in præscientia mea.

Statuerit forsitan Deus tam immortè temporis  
ut nō possint præteriri; non tamē sic, vt semper  
adtingi oporteat, aut antè illa mori non contingat.

Si vltra non potest, saltem citra viui aut iri potest.

Vt mari terminos quoque dedit, quos non superet, sed ibi frangat allisione tumentes fluctus suos (*hic tibi meta datur*) non tamen sic dedit ac posuit metam, vt mare citra illam sistere fluxum sumum nunquam possit; sic vitæ hominis cuiusq; quædā meta diuinitus præstituta esse possit, vltra quā progredi non possit, non tamen ne possit citra aut infra consistere.

Potest enim aliquis se ferro aut aliter occidere, ante statos illos dies.

Potest & gula & libidinum intemperantia se interimere (*vnde egregij quidā potores vino multo iam madidi dicebāt. profectò ipsi nos interficimus; seruulis interim aut tyronibus multitudo respōsitantibus: ecquandò etiam nobis licebit ita nos interficere? id est, ita pergræcari?*)

At sic illa saltem medicinæ pars, quæ in recto regimine (vt vocant) & morborum præventione posita est, vtilis erit ac necessaria, ne vitæ metam diuinitus decretam non attingere contingat, vel noxiorum vnu, vel bonorum abusu.

\* 3. Dupliciter intelligi posse eam metæ constitutionem.

\* i. Vt est in ordinatione diuina, & sic termini vitæ hominis præteriri non possunt, vel anticipando, vel differendo, quoniam Dei prouidentia falli non potest.

\* ii. Vt est in effectu externo, quatenus ex naturalibus causis metæ quædā vitæ hominis certa præfixa est, quibusdā longior, quibusdā breuior, pro-

com-

complexionum elementarium varietate (ad pro peccatorum qualitate.)

Hoc modo termini vitæ humanæ possunt anticipari, per malum regimen, gladium aliam quamcunque occasionem: item præter & superari vel medicamentorum commodorum usu, vel vi miraculorum diuinorum. *Haec feruntur doctore literali Nicolao Lyrano nostro in Job 15.*

*Vide & apud Hugonem Card. in I/4i, 38. docto quædam. Et de Confec. dist. 5. c. Ne tales.*

Potest huc quoque aliquid ipsa penitentia vel impoenitentia.

\* 4. *Communem omnium viuendi metam hic notari, non priuatam cuiusque, id est, esse in libro Descriptum indelebiliter, quam longavulgè debeat esse vita hominum. Non facturos Medicos ut nunc aliquis vel nunquam moriatur, vel ad mortem Adæ aut Mathusalæ pertingat, quod datur libenter.*

*Psal. Si autem in potentatibus octoginta annis, amplius eorum labor & dolor.*

Non ergò hinc haberi, medicinam vanam esse aut nihil operari, sed tantum causis interioribus posse dominari, non etiā superioribus. Negari inde posse, vtendum tam diu medicina, quamdiu ad longissimum vitæ humanae terminum nondum peruentum sit.

\* 5. *Deum quædam constituisse dare, aut facere, absolutè, quædam verò accedente conditione, itaque nos precari, deprecari, hæc & illa facere, hæc aut illa obtineamus diuinus, nescientes quæcum conditione decretum sit.*

Ergò, quoniām etiām incertus est suus cuique  
vitæ terminus ille, qui ex causis superioribus, ex  
præscientia illa Dei, & libro vitæ, in archiuis Dei  
secretioribus inclusō, & signato sigillis septem, de-  
pendet; nec constat qua conditione decretus sit;  
semper Medicis vtendum in morbis, & conan-  
dum, medicinæ præsidio, illum terminum su-  
perare, qui à secundis causis est, & potest præteriri,  
& ad fixum illum adtingere.

Vt eti nescit homō amorene, an odio dignus  
sit, sed omnia in futurum reseruantur incerta; nihil  
ominis semper bona vita enitendum ad vitam  
illam immortalem; sic hic, eti nescitur, an hic ter-  
minus heret, & an isto morbo moriendum, vel e-  
mergendum; nitendum medicinis ad sanitatem, &  
ad portum,

*Semper tibi pendeat hamus,  
Quo minimè credis gurgite, pisces erit.* Ouidius de  
Arte.

Alioqui illo quasi fato, & proposito diuino  
rerum sic considerato, ut qui primæ Opinionis  
sunt de Medicis argutantur, nec fuerit vñquam  
bellandum, aut hosti resistendum; non laboran-  
dum ad famem vitandam; non orandum in ad-  
uersis; nihil à venenorum haustu metuendum,  
non pœnitendum, &c.

*Inanes enim omnes prouidentiæ nostræ.  
Nitimus contra iustum fluminis.*

*Heu! nihil inuitis fas quemquam fidere Diuis!*

Virg. 2. Aeneid.

*Non vires alias, aduersaq; Numinas sentis?* Virg.  
5. Aeneid.

Egeris ut libet, nihil tamē egeris; sed erit  
diuinitus constitutum est.

At itā dicere atque agere in cæteris illis, ne  
(rationem enim ac prudentiam omnem homi  
tollere hoc est) sed conandum quò licet. Ergo  
hic in re medica sic argutandum, sed Medicis  
dum.

Alioqui, ut animam tuam, itā vitam Deu  
manū tuae requirat, quum imbelliā merā dedid  
animam dæmoni; vitam morbo & morti.

*Si non pauisti, occidisti; si non te curasti, occidi  
sti, &c.*

\* Reliquis verò vnā omnibus argumentis itā re  
spondeo. Valere illa hūc quidem omnia, sed non  
sola.

Agenda illa quidem, sed hæc non omittenda.

Aut magnam fidem, & vulgi fide altiorem, ut  
tentationem Dei sapere, ad solam Dei opem, ut  
etiam Medicorum velle recurrere.

Mirandos magis illos, qui itā fecere, quam  
mitandos, quibus D. Agatham accenseo, que d  
xit: Medicinam carnalem corpori meo nunquam ex  
hibui, sed habeo Dominum Iesum Christum, qui si  
sermone restaurat vniuersa. Breu. Rom. 5. Februa  
Laudibus.

D. enim Franciscum, tantæ tamen fidem homi  
nem, & tam clarum miraculis, non ad Deum so  
lum, sed ad Medicos quoq; aliquando recurrit  
ut cùm cauterium sanandis oculis, lachrymarum  
perpetuo profluuo vitiatis permisit admou  
ri.

## I I.

*Quæ sint partes perfecti ac boni Medici.*

Medicos autem cum admitto, volo

1. Peritos artis;
2. Timidos;
3. Non timidos;
4. Diligentes;
5. Timentes Dei, ac religiosos;
6. Minime inuidos;
7. Minime auaros,

\* 1. *Peritos artis*, Studio, Lectione, Auditione, Visione multa, & Vita diu sub Magistris ducta.

Heri Barbitonfor, aut Chirurgus, aut Pharmacopola, aut quiuis audacissimus nebulo; hodiè de-repentè ad medicinam exercendam non accedat, quasi vna nocte, & per somnium totam artem e-doctus,

Quam quisque artem nōrit, eam exerceat,  
Horat.

*Quod medicorum est*

Promittunt medici, tractant fabrilia fabri,  
Medicum bonum qui dicit, dicit hominem omnium artium Nam (ut ait Isidorus) & Grammaticam medicus scire iubet, ut intelligat vel exponere possit quæ legit. Similiter & Rheticam, ut veracibus argumentis valeat diffinire quæ tractat. Nec non & Dialecticam, propter infirmitatum causas ratione adhibita perscrutandas atque curandas. Sic & Arithmetica propter numerum horarū in accessionibus & periodis dierum. Non aliter & Geometriam, propter qualitates regionum, & locorum situs, in quibus doceat, quid quisque obseruare debeat. Porro Musica inconnita illi non erit. Nam multa sunt, quæ in Gracis ho-

minibus per hanc disciplinam facta leguntur: sicut  
betur de David, qui à spiritu immundo Saulem  
modulationis eripuit. Asclepiades quoq; Medicus, Pho-  
neticum quendam per symphoniam pristina sancta  
restituit. Postremo & Astronomiam notam habet  
per quem contemplatur rationem astrorum, & mo-  
tionem temporum. Nàm sicut ait quidam Medicorum  
cum ipsorum qualitatibus & nostra corpora commi-  
tantur, hinc est quòd Medicina secunda Philosophia  
dicitur. Vtraque enim disciplina totum sibi hominem  
vendicat. Nàm sicut per illam anima, ità per hanc cor-  
pus curatur. Isidorus lib. 4. Etymol. c. 13.

Cyclopædeian illam quam dicunt, & illum  
disciplinarum orbem dicit una ac <sup>sola</sup> Medicina.

Ibi incipit Medicus, vbi definit Philosophus  
(vt est in proverbio vulgato.)

Duram subit prouinciam Medicus uterque  
tām iste corporis, quām ille animorum.

Vt Ars artium est, regimen animarum, teste G.  
gorio, itā ars artium, corporum medicina.

Hic erit artis opus. Hic opus, hic labor est.

De vita enim agitur, & summo hominis bono,  
eoque post casum irreparabili.

Non est ludus pilæ iste, vt reponere liceat. E  
hic, & in bello, vel semel peccare, est plus satis.

Non discat Medicus vitarum periculo,

Non occidat Caim (vt proverbio dicitur).  
Carmelitas, Augustinianos, Iacobitas & Iesuitas,  
ac Minoritas, quatuor literis illius vocabuli deli-  
gnatos,

Interim infinitus est numerus scolorum Me-  
dicorum.

Morio quidā, Principem magnū, Dominū suū,  
etīā Medicum probauit, cūm is morbū nescio cu-  
ius commemoranti respondisset, sic & sic agendū.

Facile omnes, cūm valemus, recta consilia ægrotis  
damus. Terent. in Andr.

\* 2. Timidos, ne temerè hoc aut illud decernat,  
potandum, secundum, vrendum, &c.

Iuuenal. Nulla satis de morte hominis cunctatio  
longa est.

Mala est Medicina, ubi aliquid Naturæ perit. Pub.  
Mimus.

Hid. li. 4. Etym. c. 2. Nomen Medicinæ, à modo, id  
est, temperamento, impositum astimetur, vt non satis,  
sed paulatim adhibeat. Nām in multo contrastatur  
natura mediori aut em gaudet. Vnde & qui pigmenta  
& antidotata satis vel aspergunt, biberint, vexantur. Immo-  
deratio enim omnis non salutem, sed periculum ad fert.

Est qui Medicinam dici putet, quasi Modici-  
nam, quod cum modo debeat exhiberi.

Immoderatorum & temerariorum Medico-  
rum ausis ferè tument lepulchreta.

Omnia prius experiri consilio, quam armis, sapien-  
tem decet. Terent. in Eunicho.

Cuncta prius tentanda; sed immedicabile vulnus

Ense recidendum, ne pars sincera trahatur.

Quid. lib. i. Met.

Ad hominem curandum accerferis, non ad fe-  
ram trucidandam.

Medicum accerfit æger, non carnificem aut la-  
tionem.

Aliud Medicina, aliud laniens, aliud carni-  
fina.

Archagathus quidam Lysaniæ filius Peloponensis, primò Romæ vulnerarius, inde, obedi, vrendique sœ uitiam, carnifex fuit appellata Polyd. Vergil. lib. 1. de Inuent. cap. 20.

Infausta est illa medicina, quæ ipso morbo dolore est nocentior.

\* 3. Non tumidos. Ne vilissima quæque artis dignentur.

Hippocrates certè lib. de flatibus ingenue fate artem hanc vilem esse ac fordidam. Versandu enim ei inter fordes multas, inter Vrinas, Stercora, Sudores, Vomitus, Sanies, Scabies, Ulceræ, Lepras, Matulas, Cloacas, & quid non?

Partes quoque hominis vilissime, ac putidissimæ, curandæ, tractandæ, fugenda, &c.

Nihil ergò horum Medicus meus deditus.

\* Deinde; nec pauperum casas, pedoremq[ue] Xenodochia perhorrescat: nec tantum in dictum aut Principum domibus & palatijs sibi versandum putet, solisque diuitibus natum se a vocatum.

Ipse Christus Dominus, audito morbo serui Centurionis, mōx intulit; Ego veniam, & cures eum. Audita verò filij Reguli infirmitate, sensu scutellè respondit, neque omnino adiuit, et sicut miserum absens absentem liberavit.

Et quod legis (pertransibat sanando omnes), non solum potentiam eius latissimam signat, sed etiā charitatem amplissimam, quā rām inope curabat, quam diuites, & forte ipsos maxime.

Rex Iupiter omnibus idem.

Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifaciam.

Quis infirmatur, & ego non infirmor?

\* 4. Diligentes, vt statim horis ægros suos reuident, quid agant.

Vt morbis paulò grauioribus curandis, nouo proprioque studio vtantur:

Mille mali species, mille salutis erunt. Ouid. 2. de Remed.

Ne vocati morentur, & iterum que iterumque vocandi sint, cùm sèpè periculum sit in mora minima maximum.

Nocuit differre paratis.

Vt vigilanter perscribant quæcunque decernunt, ne quid pro quo, & succedanea: ne decipe pro recipe posuisse quisquam calumnietur.

Ne notam pro notâ per errorem scribant, & vñciæ notam, pro drachmæ nota, propter maximam similitudinem, qua vna culpa possit æger transire ex hoc mundo ad Patrem.

Scrupulus tñm frequens insit eorum Conscientijs, quam creber inest, pro certo ponderis charactere, chartis illis, quas dictant, & ad pharmacopolas destinant.

Vt Martinus quidam Alnensis Abbas, Abbatia sua exutus est Pontificis decreto, vel vnius puncti (vt vocant) negligentia, & mala distinctio-  
ne: (Vbi enim scriptum olim fuerat, Porta patens  
est, Nulli claudaris honesto, reposuerat, Porta pa-  
tens esto nulli: claudaris honesto:) sic punctuli aut pe-  
diculi vnius ad drachmæ notam adiectione, pos-  
sint Medici & ægri vitam, & suam ipsorum fa-

mam, imò & animam, Abbatia quāvis p̄t  
rēm, perdere. R. P. Dublioulius in Hod̄eporū  
narrat, ut veram historiam.

Ad̄sint ipsi s̄pē Pharmacopolis suis, v̄  
quid agant, vt simplicia componāt, & quā ad-  
tant; ne vieta, & situ eneruata, permisceant,  
fructu.

Vt *Oculus Domini impinguat equum*, sic &  
ægrum oculus Medici.

*Labor improbus omnia vincit.* Virgil.

Vt iura fauent vigilantibus, sic Natura, sic vu-  
nera, sic vlcera.

*Vidi ego, quod fuerat primum sanabile vulnus,*  
*Dilatum longæ damna dedisse mors.* Ouid.lib.

I.de Remed. Amor.

\* 5. Timentes Dei, ac religiosos.

Causæ ita  
optandi  
multæ

- 1. *Visa obscena quam plurima;*
- 2. *Ingressus frequens ad virgines, pro-  
minas, probas, improbas, magnitudi-  
lorum irritamenta;*
- 3. *Miracula Diuorum, ne scilicet illi  
inuident, aut detrahant gloriam, quam sibi & arti suæ ven-  
cent.*

Ita se gerant, vt nunquam verè dicantur Me-  
ci & Sanos, & Sanctos odisse; Sanos, vt à quibus  
aduocentur; Sanctos, vt quorum miraculorum  
quæstus deminui videatur. Peccare enim hoc  
in Spiritum S. in Dei bonitatem, & publicam ch-  
ritatem.

Audiui nobilem quendam, qui Vasilio Med-  
ico Belgæ tribueret Caroli Hispaniæ Principis

nitatē, ac diceret, ab Hispanis nonnullis gloriæ  
Medici Belgæ inuidentibus, falsò S. Didaci Fran-  
ciscani Laici meritis adscriptam, sed id quām verè,  
nēcio. Scio tamen, in Ecclesia aliter publicè can-  
tari: hoc modo sc. *Dixit beatus Didacus in somni qui-  
ete filio Regis: Confide in Domino Princeps, quia sanus  
fies. & mox è summo vite periculo liberatur.* Antiph.  
est 3. Noct. Off. Minorum de S. Didaco.

Et M. Michael Medina lib. 2. de recta in Deum  
fide c. 8. apud Surium, in comm. ad ann. 1560. ait,  
Didaci huius nostri meritis atque intercessione,  
morbos alioqui insanabiles, multos sanari, &  
hunc ipsum Carolum, Philippi II. Hisp. Regis fi-  
lium; desperato à medicis & à tota Hispania mor-  
bo, qui ex capitise collisione & quaestatione erat,  
reliquijs eius sancti Laici redditam sanitatem de-  
bere.

\* 6 Minimè *Socijs;*  
*inuidos*      { 1. Vulgo curantium per experimēta,  
                  & res exigui pretij.

Vix est professio vlla paulò honorabilior, in  
qua plus inuidiæ in professionis socios reperias,  
quām in Medicina.

Prouerbio dicitur: *Inuidia Medicorum.*  
Ut canes inuidissimi, ità plerumque se mutuò  
mordent nonnulli, & detrahunt.

Inuidere etiam solent mulierculis, Moniali-  
bus & Sororculis, si quandò ægris opem ferunt  
decoctiunculis suis, & medicamentis, quasi lucrif-  
fui decerptribus, &c.

Possunt & illæ quoque hic sapere, longis expe-  
rimentis,

Quis Medicus Medeæ comparandus ar-  
dendi? cuius ope, Aesonis senis barba, comæ  
Canicie positâ, nigrum rapuere colorem?  
Pulsa fugit macies, abeunt pallorq; situsq;  
lib. 7. Me. 2m.

Et quis scit, an non à Medeâ ipsâ tam  
medicinæ non sit Medici ac Medicinæ nomen  
riuat, potius quam à Medis? aut à Medi  
modo?

Certè Medicorum præcipui ingenuè fatent  
se à mulierculis plurima excellentissima reme-  
didicisse, & digna, quæ ipstî libris suis inser-  
rent.

Auicenna ipse laudat medicamentum, aduer-  
sus capitidis dolorem, à muliere traditum.

Et mulieres magis deceat, quam viros, Medi-  
cina. Est enim ea ingens Misericordia opus: quo  
Virtus maximè propria est fœminarum. Mœ-  
cordes enim fœminas vocat quidam propheta, q:  
theto ipsis proprio, ac perpetuo.

Assueuerunt illæ misereri, & mederi, obli-  
tricando, & paruos liberos educando.

Denique; ferè gratis, aut pretio valde paruo  
solent mederi, & medicamentis non longè peti-  
tis, nec pretiosis.

\* 7. Minime auaros, aut nimis adtentos ad  
rem.

\* j Ne lucrî studio curent tardius ac pretiosius  
cùm aliter & citò possunt.

Dilatio enim illa curandi affectata, furto li-  
milis est, & quâ pretium operæ & medicamento-  
rum maius reposcit, & quâ otiosum ægrum ledit  
def

dus ar.  
comag-  
em?  
tus q.  
à tāmp-  
nomen  
à Medi-  
è fatent-  
a remed-  
is infere-  
, aduer-  
, Medi-  
pus: qua-  
i, Mop-  
era, sp-  
i, obste-  
dē partu-  
ongē pat-  
centos al-  
retiosius,  
furto fi-  
amento  
um le<sup>et</sup>  
defi-

defixum tenet, lucro interim cessante. Sed & quædam carnificina est, quæ dolores extenduntur.

\* iij. Ne abortus procurent pretio; vel apud lapsas virgines, vel apud adulteras; vel apud eas, quæ vteri sui spem possent vendere &c.

\* iiij. Ne toxicæ vendant, quibus hostis hostem; vxor, virum plagosum; viri, Iunones & Xantippes morosas; serui, Dominos necare possint, aut aliquis seipsum.

Non solæ Impia terribiles miscent aconita nouerat. Ouid. lib. I. Metam.

\* ivij. Ne ingratiam hæredum, cuiquam venenum propinent.

Cic. orat. pro Cluentio narrat, se memoria tenerere, mulierem quandam Milesiam, pecunia ab hæredibus secundis accepta, partum sibi medicamentis abegisse.

Idem ibidem. Cnei quoque Magij vxorem, mortuo marito, dato ab Oppianico pretio, spem illam, quam in alio commendatam continebat, vendidisse j. interemisse.

Pyrrhum sius medicus ( siue is Timocharis fuerit, vt vult Gellius; siue Nicias, vt alij) fuerat, in Romanorum gratiam, veneno intersecturus, nisi Fabritius vincitum illum ad Regem remisisset, Virtute, non Dolo, cupiens vincere.

Romanis scelerum semper spreuere ministros.

Claudian,

Alexandro Magno Philippum quendam Medicum suum suspectum fecerant Parmenionis litteræ, quasi à Dario ingenti pecunia corruptū; qui tamen

tamen solus eidem desperatissimè ægrotum & promisit, & dedit.

\* v. *Ne hostem, ne riualem suum, ne antistam in lite suum &c. quem gladio non auctor necet.*

Incredibile, quantum nocere generi humana medicus possit. *Nil prodest quod non ledere posse.* Ouid. lib. 2. Trist.

Ante paucos annos, solitatem in urbes ordinatum facile inuexerit, necatis scilicet viuis, & ortibus procuratis, ne nascantur.

Aquas, puteos, fontes inficere possit per avaritiam. Cato sic ad Filium: *Iurarunt inter haec Medicos Græci sc. barbaros omnes necare Medicina.*

\* vj. *Ne pretia iniquiora poscat operæ siccæ, maximè dum maximus adhuc dolor est vulnerum.*

Axioma perpetuum est avarorum: *Dum male accipe. Ac forte auri studio efficiunt quidam doleat, quod non dolet.*

A Philippo Alexandri Magni Patre, quem pugna ei clavicula fracta esset, medicus quotidie aliquid petebat. Itaque sic Rex ad eum: *Sume quicunque vis, clavem enim in manu habes.*

Relatu accepi, tonsorem nescio quem, Cardinale quopiam, cui barbam soleret detondere: liquando, cum is sub cultris & nouacula esset, vinarium gratuitū poposcisse, in nuptias filii propriudem (ut aiebat) nupturæ, atque impetravit. Sed Cardinalem tamen curasse, tonsorem illius in crucem, quod eam vim illi uti cautus predotulisset.

Ferunt Medicum Ludouici XI. Gallorum R.

gis cognomento Cotierum, spatio 5. mensium,  
54000. aureorum obtinuisse. *Cominæus.*

Narrant etiam D. Iohannis Saraceni, quondam  
Vedastini monasterij apud Atrebates Abbatis, &  
tandem etià Cameracensis Archiepiscopi Mœ-  
cenatis mei meritissimi, medicum nescio quē, quū  
eum graui morbo liberasset, operæ prēmium quod  
æger Abbas indistinctè promiserat, poposcisse;  
numerata autem egregia aureorum summa nolu-  
isse acquiescere, coegisseq; nimis callida & iniqua  
verborum eius interpretatione, aliquot milia au-  
reorum numerari. Ità sc. *Summum ius, summa iniu-  
ria.* Cic. lib. Off.

Petrus Apponius (*d'Appour* vocat Gallus quidā)  
medicus Bononiensis, quoties vrbe ad ægrū egre-  
deretur, stipendiū quotidianū poscebat aureos 50.

Idem ad Honorium Pontificem aliquandò  
vocatus, quadringentos aureos in dies singulos si-  
bi statui pactus est.

O avaritiam intolerandam!

Si tamen sine præscripto medici ipsius, nonnū-  
quam Diuites, Reges, Pontifices liberalius operæ  
prēmium numerent, non disputo, sed præscriptum  
ac pactum iniquius damno.

Facultates quidem cuique suas augere, artis suæ  
vsu, naturæ lege licet; at non sic, vt tam repente  
quis diues fiat, alter quasi spoliatur & egestate cō-  
ficiatur. Viuere, & conuiuere, & alios pati, ea de-  
mum lex æquissima. Quid prodest mihi medicus,  
vna manu me morbo liberans, altera iugulans?

Morbo satius mori, quam longa ægestate,  
\* vij. Ne pauperibus opem gratuitam neget.

Vetus

Vetus est proverbum, & medicinarum  
ptio, quam sic vtcunque reddo: *Pauperibus  
opulentis ære patemus.*

Non dedebeat ita inscribi: *Porta paten-  
nulli claudaris egenti.*

Simile sceleri est, pretium ab inope speran-  
poscere, nec curare aliter velle,

Menecrates ille Syracusanus (de quo sup-  
bam) et si superbissimus, tamen sensu meo sat-  
gregiè liberalis fuit. Curabat enim in primis  
*crum morbum*, tantum hac mercede contentus,  
liberati se ipsius esse seruos faterentur.

Vel vrbanitate sola alter alteri omnes in uicem  
libenter offerimus, accipimusque tales seruitu-  
tem.

*SS. Cosmas & Damianus etiam solebant*  
pauperes esse liberales artis suæ.

Cum autem gratis dico, pauperibus opulenta-  
dum, non dico tantum venientibus in Officina-  
aut poscentibus, sed & occurrentibus, & erubet-  
tibus poscere, geminata quadam misericordia.

Satis clamant, & abundè opem posunt pu-  
lenta Lazari vlcera conspecta: satis loquitur pa-  
lor, satis macies, satis imago hominis vix colla-  
hærens, &c.

Quantulum est, vna sorbitiuncula, aut empli-  
stro hominem seruare!

*In tenui labor, at tenuis non gloria apud Deum.*

Nec sic dico pauperibus gratis opitulandis  
ut cum diuitibus adfueris, ab ijs iniquus & qu-  
duplex operæ & pharmaci tui pretium repol-  
minimè.

Hoc enim non sit gratis opitulari.

Sit potius hoc diuiri furari; hoc sit Petrum ex-  
uere, exuuiisque eius Paulum induere.

Sit hoc facere mala, ut veniant bona.

Hoc sit prope modum immolare filium in con-  
spectu Patris.

Hoc modo non Medicus ipse pauperi dederit,  
sed Dives, quem duplex idcirco pretium operæ  
dare Medicus coegerit.

Iustè ergò quod iustum est, exequēris, ut Dei lege  
cautum est.

\* viij. Denique, & grise suis ante omnia suadeant,  
morbis & vulneribus animi ritè prouidere.

### III.

*Sanctos Cosmam & Damianum optimè functos  
iusto munere.*

Nostri Cosmas & Damianus his omnibus e-  
gregiè instruati fuerunt.

\* 1. Peritiam enim certè studio sibi à teneris pe-  
pererant, nondū Christiani.

Deindè; Non magis medicinæ scientia, quàm Chri-  
sti virtute morbis etiā insanabilibus medebantur.  
Breu. Rom. 27. Sept.

Medicinæ artem scilicet Spiritu sancto pleni-  
ùs tunc edocente, & Domino sermonem suorum con-  
firmante sequentibus signis.

Minimè quoque auaros fuisse vel hinc pater,  
quòd omnes curarent, Cæcos Clados, &c. nec  
magis à diuite, quàm à paupere pretium accipie-  
bant.

Anargyri etiā dicti, quod gratis & sine  
to medebantur.

*Gratis accepisti, gratis date.*

Adeoque auaritiam oderant, ut cūm Da-  
nus ipse aliquandò à quadam Palladia mu-  
cliuica, id est, perpetuò adfixa lecto, quam val-  
dini restituerat, munus nescio quod recepi-  
victus eius obtestationibus, ne eam scilicet i-  
nere videretur; Cosmas frater id resciens, pro-  
perit, ne eodem secum tumulo sepeliretur. D-  
minus tamen ea nocte Cosmæ adparens, excus-  
uit, adserens non mercedis gratia, aut auaritiae stu-  
dio, factum, sed reuerentia nominis Dei. *Surius in  
vita.*

Quinimò; cūm, post martyrium vtriusque,  
eorum separatim sepeliendis corporibus ager-  
tur, ab ijs, qui fortè fortunā decreti Cosmæ me-  
minissent, Cameli voce admoniti sunt vtriusque  
eodem loco sepelire. *Surius ibid.*

*Componi tumulo non inuidetis eodem. Quid illi  
Metam.*

Baronius tamen in Martyrologio suo hoc  
timum non probat, quod in suis M. SS. fidelio-  
bus nihil tale.

Afinam tamen Balaami etiā loquuntur  
nes nōrunt.

*Gratis ergò omnes æquè curabant Apostolicō  
more.*

De Tatthæo enim quodam Apostolo, vno  
70. discipulis misso ab Abgarum Edeslenæ ciui-  
tis Toparcham, per Thomam Apostolum (qui  
Judas Eusebio dicitur) ad eum ægritudine ea lib-  
randu

randum, quā iam dū, etiā Christi temporibus,  
laborarat, legimus, cū post curationem Regis,  
& prædicationem Euangelij populo factam, ius-  
sisset Rex ei dari aurum & argentum, illum non  
accepisse, ac dixisse: *Si nostrare reliquimus, quomodo  
accipiemus aliena? Eus. Cæs. l. i. hist. Eccl. c. 15. in fin.*

O raros opum contemtores!

Pales & mitæ.

\* 1. D. Franciscus templo S. Damiani deuotus.

Ipsa S. Clara vnā cum fratre Agnete in quan-  
dam S. Damiani Ecclesiam, D. Francisci consilio,  
ex illo sanctimonialium monasterio, vbi primū  
habitārat, migravit, ibiq; quasi quodam ergastu-  
lo clausa cœlesti sposo seruit. Off. Ord. Minorū, in  
festo S. Clara.

\* 2. Horum beneficio, Iustinianus Imp. ab ægri-  
tudine grauiſſima liberatus, per celebrem in ho-  
norem eorundem martyrum erexit basilicam,  
*Procop. lib. 1. de aedif. Iustin. Imp.*

Addidit & aliud in Pamphiliâ ijsdem marty-  
ribus templum, vt idem testatur lib. 5.

Diuinus ille Sabas paternam domū mutauit in  
Ecclesiam, eorundem nomine dicandam, vt con-  
stat ex actis ipsius, quæ scriptis mandauit Cyrillus  
monachus. *Baromas in Martyrol 27. Septemb.*

\* Arte medici, postquam Christiani effecti sunt, so-  
lo virtutum merito, & orationum interuentu, infirmi-  
tates languentium depellebant. Greg. Fur. de gloria  
Mart. lib. 1. c. 28.

*Si quis ad eorum sepulcrū fide plenus orauerit, statim*

adipiscitur medicinam. Referunt etiam plerique  
vere eos per visum languentibus, & quid facia-  
re, quod cum fecerunt sani discedunt. Idem ib-

## Fragmentum

Orationis M. Cornelij Scuyte Medici Oppidi D-  
gensis, habitæ ab eodem, Brugia in  
Phalis.

Cæterum quum apud docentes vetusta in-  
uerit consuetudo, vt qui artem nunquam eo-  
loco edoctam publicè docere aggrediuntur, pri-  
cipio auditoribus omnes eius commoditates, fru-  
ctus, virtutes, atque ἐγκέμια edifferant, non ea so-  
lum ratione, quo auditorium auctius fiat (quāvis  
id etiam imprimis expetendum sit) verum ut ad  
artis initia, quæ duriuscula plerumque sunt, pluri-  
mitum invitentur, tum allicantur, decreui peccata  
quædam in laudem Medicinæ dicere, non quod  
ipsa alieno egeat ornatu, orationisque fuso, ut  
per se comptissima est. Quæ enim res ut com-  
dentur, istiusmodi indigent ornamenti, illæ suæ  
ex parte parum sunt honestæ, nihil in genuis  
habentes, quo sibi gratiam, decusue parent, defor-  
mum fœminarum ritu pulchritudine carentium.  
Quæ ut pluris se venditent, ac viros suos in amore  
ciliis pertrahant, à quibusdam coloribus, linimentis  
formæ adiumentum postulant. Medicina autem (vi-  
dixi,) huiuscmodi ascititio decore haud quaquam  
eget. Quam ne ea quidem gratia prædicto, ut veni-  
statem illi conciliem, quum tanta sit nativa eius  
legantia, ut non modo lenocinium omne respon-  
sat, verum nulla etiam arte magis exornari possit

quām propria atque nativa, pulcherrimo fuso.  
sed quo auditoribus, ijs inquam qui rerum adhuc  
imprudentes sunt, quiq; Medicinæ principia ne  
summis quidem labris gustuere, eius splendorē  
ac maiestatem ostendamus. Ne scilicet ignorant  
quantum hæc ars in se boni contineat. His igitur  
vt satis faciam, paucis Medicinæ laudem comme-  
morabo, primumq; Στάθμα, (quod maiorem ap-  
pellant propositionem) sic assumam. Inter om-  
nes disciplinas, quæ excellentibus hominum in-  
genijs sunt inuentæ, & incredibili grauium viro-  
rum cura ac industria perfectæ & expositæ, ea alijs  
omnibus potissimum præstat, quæ honestatis plé-  
dore, utilitatis magnitudine, iucunditatis illece-  
bris reliquas omnes superat, rebusq; humanis im-  
primis necessaria est. Medicina autem talis est, at-  
que huiusmodi prædita dote. Ergo cæteris etiam  
omnibus disciplinis præstat, atque meritò præfe-  
renda est. Maior ut per se notissima, omnibus in-  
cōfesso est. Minorem autem nemo cerebrum ha-  
bens facile negauerit, quum Medicina honestā re-  
rum naturalium scientiam, venustamque huma-  
næ naturæ cognitionem in se complectatur, eaq;  
doceat, quibus vel sanam tueamur valetudinem,  
vel morbidam corrigamus, ac nobis hominibus  
nostri cognitionem tribuat perfectissimam, sin-  
gula membra singulatum aptissimè depingens, a-  
dedò ut vir medicus lato quidem discrimine plu-  
rimis præferatur alijs, Homero summo illo poe-  
ta etiamnum teste, qui sic ait:

Ια. Τὸς γέρανος πολῶν ἀνδρῶν αἰλωπός. hoc est: Vir  
enim medicus multis alijs dignitate præualet. Imò &

diuinus ille Ecclesiasticus in honorem medici  
pote 38. exclamat: Medicum propter necessitatem  
(quæ homini etiam inopinato subinde oritur)  
norandum esse; quodque disciplina medici  
eius extollat, adeò ut etiam apud magnates  
commendatione laudetur. Adhèc quod Deus  
max. humanam illam in morbos labendi pro-  
uitatem considerans, prouidentissimo cōsilio hu-  
minum misertus, de terra, id est, ijs quæ è terra or-  
tum habet medicamina creavit, à quibus vir pru-  
dens nō abhorrebit. Proinde accurate vobiscum  
expendite Viri celeberrimi, quātum huic arti lau-  
dis à sapientissimo illo homine arcāno Deispiri-  
tu oppleto, sit ascriptum. Et quām iniquè peccet,  
qui diuini immemores beneficij, ingratitudinis  
vitio quām maximè detestādo, correpti, hanc vi-  
lipendunt: quantisque cruciatibus digni sint, qui  
artis huius prorsus ignari, publicè eam profici-  
tractareque audeant, multorum ineffabili dispe-  
dio. Cuius equidem tanta apud quasdam populo-  
rum nationes olim fuit veneratio, vt solorū Me-  
dicorum causa, quiduis etiam subire fuerit para-  
ti, adeò ut ne mortem quidem horum veriti fini-  
gratia. quod apertissimo sanè exemplo liquebat.  
Cori insulæ indigenis, qui (vt in Hippocraticis  
citatur epistolis,) Hippocratem non minus lete-  
psis amarunt. Pestis enim atrox in Artaxerxis Per-  
sarum regis exercitum fœuierat, quam vt pelleret,  
ex omnibus undequaque vicinis regionibus, me-  
dicos nomine clarissimos accersiri iussit. Vbi autem  
illi suis medicamentis & consilijs nihil proficeret  
ac morbus indies magis ac magis inualescens ne-

mini parceret, Hippocratem (quem ob id, quod  
Græciam sæpius atrocissimis liberasset pestilen-  
tia, fama dūtaxat sibi notum habebat) legato mis-  
so rogauit, quo ad se, exercitumque suum à peste  
tuendum accederet, Hellepontinæ prouinciæ  
Rectori nomine suo præsidenti, arctissimo man-  
dans præcepto, ut Hippocratem, nomine, impen-  
sique regis, in via splendidissimè aleret, ac ei o-  
mnia, quæ ad comediatum spectarent, suppedita-  
ret, annuos illi census, dignitates, ingentiaque do-  
naria pollicitus. ut præter alios fidelissimos huius  
rei testes, apertissimis nobis indicat verbis Suidas  
in hunc modum: Ιπποκράτης Κῦρος ιυδός πάσιν  
ἔγενε ο διάδημα, ὃσε χρήτον τὸ Περσῶν βασιλεῖα τὸν  
καλέμενον ἀρταξέρξην γράψα, πρὸς ὑπάντην, τῆς τοῦ αν-  
δρὸς σοφίας δεομένον. βασιλεὺς βασιλέων μέγας ἀρι-  
ζέρχης ὑπάντη ἐλημασόντος ὑπαρχώνταρε. Ιπποκράτης  
ἰνδρὸς Κύρου διπλὸς συκληπις γεγονότος εἰς έμε καὶ ἀ-  
φίκητος τέχνης. δὸς δὲ μέτων χρυσόρ, διπότορος δὲ βέ-  
λημα, χρήτον ἄλλα χύδην δὲν πανίζει, χρήτημπε πρὸς ἡμέ-  
ας. ἐσαγ γρήτορι μοτος τοῖσιν ἀρίστοισι τῷ Περσέων.  
χρήτης ἀλοτος ἐσίν ἀνήρ κατ' Εὐρώπην ἀγαθός, φίλος  
οιχρ βασιλέως τιθεσο, μὴ φεδόνει μοτος ὅλβος. ἀνδρας γάρ  
ἐορεῖν διωμένυς τι κατὰ συμβολην ὄυράδιον. ἔρρω-  
σο. hoc est: Hippocrates medicus Cous omnibus fama  
innotuit, adeo ut Persarum rex artaxerxes nomine,  
scriperit ad Hystanen, se viri illius prudentia egere.  
Rex regum magnus Artaxerxes Hystanæ Hellepontis  
gubernatori. Salutē. Ad me delata est fama artis Hip-  
pocratis Coimedici, qui Aesculapio ortum duxit. Trade  
illi quantum desiderauerit auri, nec non alia, quibus o-  
pus habet, abunde, ac ad nos illum mitte. Par enim erit

honore Persarum primatibus. Et si quis sit alius in Epa vir excellens, illum regiae familiæ amicum facibus minimè parcens. Difficile namq; fuerit viros uilio quid potentes inuenire. Vale. At ubi Hippocrate hæc audiuisset, responsum præbuit, sibi optime esse prospectum de omnibus, quæ ad vitæ vis forent necessaria, nec ullo pacto opibus, pecunia donisque Persicis indigere, aperte dicens se operam medicam Persarum regi veteri Græcorum hosti nolle impertiri. Quo sanè nuncio accepto, Artaxerxes veluti furibundus, iram suam (quam quidem summa percitus fuerat) cohibere non poterat, ac properè legatos misit ad Coi insulæ incolas, postulans Hippocratem ceu maledictum, temerarium, atque in Maiestatem regiam blasphemum ad se transmitti, aut si id recularent, bellum illis indicebat atrocissimum, maximeq; cunctum, comminatus se eorum ciuitatem solo e quatuor. Quæ ubi Coi incolæ audissent, ad unum omnes concordi respondebant ore, se Regis Persarum minas nihili facere, neque unquam commissuros, vi Hippocratem, toti Græciæ ob innumeris artis beneficia acceptissimum, ad regem mitterent, legatis imperantes ut illinc discederent, ac regi numerarent, eos paratos esse in uniuersum omnes, quibus potius perpeti supplicij, quam Hippocrate lutis eorum seruatore carere. Cuius rei etiamnun testis est C. Plinius secundus in libris de natura historia, hac dictio formula. Hippocrates medicina pollens, qui venientem ab Illyrijs pestilentiā prædixit, & condiscipulos ad auxiliandum circa urbes dimisit. Cui ob meritum, honores il-

Ios quos Herculi decreuit Græcia. Vsque adeò au-  
tem C. Plinio secundo celebris erat ars Medica, vt  
afferat nullam aliam artem hac esse fructuosiōrē,  
quæ primos suos inuentores Dijs assignauit, cœ-  
loque dicauit. Quam tanti olim fecere Cæsares  
Romani, vt medicis singulos in annos amplissimū  
penderent stipendium, ducenta scilicet & quin-  
genta festertia. Reliquarum autem disciplinarum  
professoribus centena tantum in annum numera-  
rent. Quare ausim dicere Medicinam (modo vlla  
res alia) imprimis hominibus esse necessariam, cu-  
ius equidem beneficio salui, incolumes, atque in-  
tegris viuimus visceribus. Sole, igne, aqua, atq; vt  
audientius loquar, acre citius carebimus, quam Me-  
dicina, quæ vna miserijs atq; intollerabilibus nos  
eripit languoribus, ac tandem felici, dolorem ne-  
scienti, & omni ex parte in culpatæ restituit vitæ.  
Cuius quidem rei causa Medicina omnibus amā-  
tissima est, quum multi mori mallent, quam ope  
omni medica destituti, longis in morbis miserum  
ducere spiritum, atque vitam viuere infelicem.  
Dividitur autem Medicina in tres partes, quarum  
prima est *diagnosīs*, victum præscribens salubrem,  
noxios autem cibos & potus summoens. Secunda  
est, *pharmacēsis*, quæ morbos medicamentis pel-  
lit, dolores lenit, ac vniuersim omnia nativo suo  
robori (quatenus fieri potest) integra reddit. Ter-  
tia *chirurgia*, quæ manuum opere adiumento que-  
vitur. Hæc autem vt plurimum versatur circa  
corporis nostri membra foris conspicua. Quas e-  
quidem medicinæ partes, noster hic Græcus Ga-  
leni libellus, quem vobis interpretari institui, cō-

pendio quodam perquam utili comprehen-  
quem seorsim excudendū curauit Ioannes  
terius Andernacus, qui huic libello epistolam  
fixit nuncupatoriam, in qua validissimis  
argumentis, Medico necessariam esse Græca  
linguæ peritiam, qui absolute artem medica-  
lere nequit, si eius linguaæ fuerit imperitus; quia  
ipsa prima sua origine è græcis prodierit scrip-  
tibus, quorum profecto διαλεξι<sup>θ</sup> adeò latente  
in se habet ἐργασία, ut multa in alienam linguam  
agerrimè trans fundi possint, quæ ne Tullius qui-  
dem ipse, si quid vertere occiperet, recte in teque  
traduxerit. Vnde validissimo mecum colligo ar-  
gumento, neminem vñquam ad Medicæ artis fa-  
stigium, imò ne ad mediocritatem quidem per-  
uenturum, qui græci sermonis ignarus est. Quini  
mò Romani ipsi, quibus latinus sermo vernacu-  
lus, communis, atque familiaris erat, Plinio secun-  
do teste, nihil vñquam medicum fecere, quia  
artem medicam tractaret lingua, quam græciam  
ne plebs illa Romana, tametsi sermonis græci ex-  
pers fuerit & imperita. Appellitabunt fortasse me-  
nonnulli è medicorum græcanicæ lingue impe-  
torum ordine, eo, quo Diatritarij decimo de mor-  
borum curandorum ratione Galenum voca-  
nomine, παράδοξολόγον, quod hic eorum senten-  
tia παράδοξα, quæ communi hominum opinioni  
aduersantur, inaudita sunt, atque admodum miran-  
da, vobis obnunciem. ac strenue statim relu-  
ctantes mihi obijcent innumeros hodierni tem-  
poris medicos, magnatibus, regibus, principibus  
atque ducibus acceptissimos esse, ac illis docili-

mos, & in arte medica exercitatissimos haberi, plurimæque apud eos, nedum plebem, esse autoritatis, qui ne summis (vt aiunt) labris græcam attigere linguam. Vnde συλλογισμος aduersum me concludent, græcam linguam medico nequaquam esse necessariam, imò ne utilem quidem, quum viri illi magni artem quam optimè calleant, pluri- mosque perlanent, absque vlla græcae linguae peritia, sola in latinam transpositione contenti, cui maximam præbent fidem. His ex Aristotelis sententia respondebo: πολλὰ καὶ τὴν πρότερην δύναμιν. οὐαὶ διάπερ ἀληθῶς οὐκ εἰσὶ. hoc est, multa primo aspectu videri qualia revera non sunt. Imò si quis penitus illos introspiciat, diligentius, scrutinio examinet, nihil solidæ medicinæ reperiet, quin potius fortuitò magis curare, quam vera arte à veteribus summis illis medicis nobis relicta. Neque etiam sola ea ratione veri esse medici probantur, quod satrapis, magnatibus, nobilibusque ad primè placeant, atque latifacere videantur, quum ī Agrippa acerrimo scientiarum conuiciatore teste, sapienter iudicia habeant præpostera, vt in suam etiamnum familiam subinde recipiant corruptissimos atque imperitissimos quosq; potissimum vbi medicos sibi stipendiarios deligunt. Neque id mirum, quum hi artis medicæ non minus sint ignari, quam plebeij, quam nunquam studio, exercitiove didicerint. non secus igitur de arte eiusque ministris iudicare possunt, quo quis etiam priuato. Imò si quis aliorum præconijs ipsi sit commendatus, aut in omnibus adulari studeat potius, quam verè medicum præstare, is acceptissimus est, atque eruditissimus habetur, vt ne alibi scientiam

esse medicam arbitrentur sitam, quam in  
modi assentatoribus verius dicendis, quam  
cis. De quibus et griseis eorum viuentibus  
lio, Galenus de morborum curandorum na  
duodecimo sic ait: Κόλακες ἵψοι σκοτών ὑπ  
τζσι τιθέασιν ἡδονήν, οὐχ ὑγεία φέντασι τοῖς  
σιχαριζόμεναι, hoc est παφρασικῶς, quo redi  
faciliusque intelligatis, interpretando, Adalatu  
medici, in ijs quae iuxta agrum agunt, eum sibi finem po  
ponunt, eoq; principiam dirigunt intentionem, quo m  
bi, dolorisq; lenimen quoddam adferat, non sanitatem,  
in omnibus agris gratum facere, atq; obsequi studentes.  
Kursus libro primo. ἐπειδὰν νοσῶν ὑπάρχει τὸ  
ταχαλόντα τῶν ιαζῶν οὐ τοὺς ἀρίστους  
λακευτικούς, οἱ καὶ ψυχὴν δέσποτοι μέτρωσι, καὶ  
λαχεύτης, οἱ καὶ ψυχὴν δέσποτοι, καὶ χίονα ἢ ὄνορά τοῖς, καὶ  
πᾶν ὑπηρετόστι τὸ προσαπόλεμον, πάπιον  
ποδα, ἐμπαλιν ἔχεινοις τὸ ιαζῶν τοῖς παλαιοῖς ἀπ  
πισθαῖς, οἱ τῶν νοσούντων ἥξιν ἀρχαν, οὐδεποτε  
τραπηγόμενων, καὶ βασιλεῖς ὑπηκόους, οὐκ ἀρχαί  
δεσπόζεισαν καθάπερ Γέται, καὶ Φρέγες, καὶ Θραύση  
ρώντοι. οὐκούντις δὲ κρέατων τὸν τέχνην, αἷς θύλα  
κεύειν δενότερος ἐντιμότερος αὐτοῖς ήτι, καὶ το  
τῷ ἀταντα βάσιμα, καὶ πόρια, καὶ τύποι  
τοῦ ἀνεύρυστον αἵθυρα τῷ τοιστῷ, καὶ πλατεῖα  
τοῦτο, καὶ πολὺ δύνατο. quod est: Vbi agrorum  
perint, medicos sibi accersunt non optimos, sed quia  
ximē adulari norunt, qui etiam frigidam sunt datari,  
quis postulet, ac lauabunt si quis inbeat, οὐ μιν, ο  
vinum porrigent. In modo seruorum ritu iussu parebunt  
mibus, longè aliter facientes, quam veteres illi medo  
ab Aesculapio orti, qui agris dominari, praesesset volu-

unt, non secus quam exercituum duces militibus, ac reges subditis. Haud quaquam autem ab illis imperium ferre, ac ipsi obsequi, velut Geta, Phrygū, atque Thracē pecunia empti. Proinde non is ipsis honoratior habetur, qui arte præstantior est, sed qui melius adulari nouit. Cui omnia patent, per viaq; sunt, ac adiūtum fore huic aperitae. Quinimō & hic repente ditatur, magnamq; obtinet autoritatem. E quibus Galeni verbis abunde liquet, in medico nihil tam esse detestandum, quā assentationis vitium, quo subtileetur veritas, salufera supprimuntur remedia, ac mors tandem acceleratur. Quin potius iuxta Platonem dominorum instar languentibus imperare deberet, qui libro primo de repub. sic habet: οὐκολόγηται γάρ δέ εκπίστηται τὸν σωμάτωμα δρυχώμ. in confessō omnibus est, verum medicum corporum esse principem. Quare Viri ornatissimi, Adolescentes ingenui, ac quotquot hic adestis alij, literarum candidati, bonarumque artium studiosi, vestros iam animos surrigite, ignauia, socordia, atque voluptatis, sua sibi haberi iussis, ut gnaui-  
ter, &c.

IN